

quibus duo termini tantum cogniti præsupponuntur, & reliqui queruntur, omnes hæ soluuntur per positionem, sunt igitur quæstiones 3. ordinariæ, & 7. extraordinariæ, omnes 10., & quia possunt esse de merito simplici, vel ad caput anni, vel compensatione simplici, vel ad caput anni sient quæstiones in singulis quatuor modis 19. quare omnes erunt 40. è quibus 12. ordinariæ, & 28. extraordinariæ, possunt & cum his addi aliae difficultates, vt ponendo &c. & talia quæ inquirere pulchrum est describere autem operosum & tedium affer legentibus ob hæc vna tantum quæstione erimus contenti.

- ¹² Quidam dedit libras 100. & recepit in 21. mensibus libras 200. & fuit mutuum ad caput anni, queritur lucrum idest quantum pro 100. lucrabatur, & similiter si dicat ad 10. pro 109. in 21. mensibus, quantum sient, tunc quia dixit quod in 21. mensibus queritur prouentus supposito, lucro id pro 100. in anno, ad caput anni igitur considera quod 21. menses continentur præcise quater in 7. annis, quæro igitur lucrum singulis annis & sicut primo anno 110. & secundo 121. & tertio 133 $\frac{1}{7}$, & quarto 346 $\frac{41}{100}$, & quinto 161 $\frac{51}{100}$, & sexto 177 $\frac{156}{1000}$, & septimo 194 $\frac{87171}{100000}$ & quia reducenda sunt ad unitatem ex dictis in principio diuide 100. per 100. exit 1. diuide 194 $\frac{87171}{100000}$ per 100. exeunt 1 $\frac{9487171}{1000000}$, cum igitur inter hos terminos constituere oporteat tres alias in continua proportionalitate, quoniam 21. quater ingreditur 84. qui sunt menses 7. annorum, erit igitur ex dictis lucrum 21. mensium & est secundus terminus $\frac{9+87171}{1000000}$ erit $\frac{9+87171}{1000000}$. eius prouentus vnius libræ, cum igitur velim prouentum 100. librarum duc 100. in $\frac{9+87171}{1000000}$. illius duendo 100. in se fit 10000. deinde 10000. in se fit 10000000. duc post 10000000. in dictam fractionem fit 194871710. cuius $\frac{9+87171}{1000000}$ est prouentus librarum 100. in 21. mensibus & ita soluemus per conuersum primam, verum caatum in operando esse oportet memento tamen illius cautelæ operandi per unitatem & facies magna.

C A P V T L V I I I .

De Solutionibus & Reductionibus.

CVm volueris persoluere debitum, & quod dicitur vulgari nostro sermone facere computum, tunc iunge capitalia vnius & redditus, atque item alterius si ratio sit ad caput anni, & subtrahe vnum ab alio residuum est capitale, quod si sit ratio simplicis redditus, tunc iunge capitalia separata, & redditus separatos, & subtrahe posteriora à prioribus, & primo à redditibus, deinde à capitali & si superfuerit plus quam sit capitale totum integrum, tunc ipsum manebit, & redditus ponentur separati, & dabo Exemplum in utroque.

*Exemplum simplicis meriti ad 10. pro 100.
in anno.*

Dedi Antonio die primo Mai. 1531.

c Lib. 700. red. 291. 13. 4.

Item primo Septembbris 1532.

c Lib. 850. red. 240. 16. 8.

Item primo Februarij 1534.

c Lib. 200. red. 28. 6. 8.

Recepi ab Antonio primo Martij 1532.

c Lib. 400. red. 133. 6. 8.

Item primo Maij 1533.

c Lib. 600. red. 130. 0. 0.

Item primo Nouembbris 1535.

c Lib. 260. red. 43. 6. 8.

Et ponamus quod velim facere computum pro die primo Iulij 1535. dispono redditus in directo singulis à die mutui, ad diem computi, vt vides nota tamen quod sœpe unus dat eam merito, & aliis non, sed tantum soluit, & tunc semper animaduertere debes diligenter ne capitale decrescat, aliter fieret fraus debitori, exemplum quidam dedit libras 1000. ad 10. pro 100. simpliciter in Calendis Ianuarij, deinde recepit libras 300. in Calendis Iulij alterius anni, tunc cum in Calendis Iulij sit redditus tantum librarum 150. illius qui dat libras 1000. cum igitur recipiat libras 300. igitur decrescit capitale per 150. libras quæ sunt soluta vltra 150. redditus, & ita à prima die Iulij in antea non soluet nisi 10. pro 100. de capitali residuo quod est 850. & ita libras tantum 85. ad propositum iunge capitalia per se & redditus per se vt vides.

Capitale meum lib. 1750. Redditus meus lib. 560. f. 16. d. 8.

Capitale Antonij lib. 1260. Redditus Antonij lib. 306. f. 13. d. 4.

His visis iunge capitale & redditum vtriusque separate vt vides.

Capitale meum lib. 2310. solidi. 16. d. 8. cum Redditu.

Capitale Antonij lib. 1566. solidi. 13. d. 4. cum Redditu.

Residuum meum est lib. 744. solidi. 3. d. 4.

Memento autem quod si lib. 744. essent plures meo capitali primo quod fuit 1750. tunc subtraheres capitale primum & residuum poneretur pro Redditu, & capitale maneret summa prima: Exemplum si Residuum fuisset lib. 1900. tunc detractis 1750. remanerent 150. quæ essent pro Redditu & 1750. esset capitale, & hoc est quia in simplici merito non voluimus trahere meritum ex merito, sed meritum separatur à capitali.

In merito autem ad caput anni, secus est: 2 semper enim iunguntur capitalia cum suis redditibus & subtrahitur minus à maiore, Residuum fit capitale, & in hoc differt à merito simplici, differt etiam in hoc quod accipit Redditus